



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XI. Erzbischof Wilbrand von Magdeburg vergleicht sich mit dem Kloster zu Naumburg am Bober über dessen Besitzungen im Lande Lebus, am 22. Februar 1253.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

volumus ut in omnibus bonis ecclesie Lubufane secundum, quod ipsa habuit ab antiquo, et villis Zelou, Bodin et ciuitate forensi Ofna cum atinenciis suis Goriza et Bolescouiz et aliis utilitatibus tam in mellificiis quam piscacionibus et venationibus habeat omnimodam libertatem ita quod nullus nostrorum iudicium aliquomodo se de hiis intromittere vel iudicare presumat. Hanc etiam nostram ordinationem, si Brandenburgenses marchiones tenere in parte sua secundum promissum suum voluerint, placet nobis. Alioquin dominus Lubufanus episcopus adiutorio nostro ius commune requiret ab ipsis. Ceterum promittimus pro nobis et nostris successoribus, quod nulli aliquid de bonis ecclesie nostre in districtu Lubufano donabimus vel in feudum concedemus, nisi promittat presatam ordinationem attendere et seruare, et ut hec ordinatio perpetua sit et nullis vniquam temporibus immutetur ipsam conscribi fecimus et sigilli nostri, capituli nostri munimine roborari. Datum Magdeburg, Anno graciae M^o. CC^o. quinquagesimo secundo, Nonas Marci, pontificatus nostri anno XVII. Et quoniam dominus noster et capitulum suum super obseruacione dictorum nos et successores nostros securos fecerunt litteris et sigillis, Nos etiam versa vice ipsos certos facimus hiis nostris litteris et sigillo. Datum Magdeburg, anno domini M^o. CC^o. LII^o., in die Sancti Gregorii.

Original im Provinzial-Archive zu Magdeburg. Gercken's Cober I, 39.

XI. Erzbischof Wilbrand von Magdeburg vergleicht sich mit dem Kloster zu Naumburg am Bober über dessen Besitzungen im Lande Lebus, am 22. Februar 1253.

Wilbrandus, dei gracia S. Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, — inter Nos et Conuentum Canonicorum Nuwenburg — super bonis quibus in terra lubus se ius habere dicebant, concordatum est hoc modo, Quod nos cum sexaginta tribus mansis et omnibus atinenciis, pascuis, aquis, pratis, cultis pariter et incultis cum Molendinis et Ecclesie patronatu ac vniuersaliter commodis vniuersis nobis et ecclesie nostre villam Didikrsdorf retinemus et ipsis Centum sexaginta septem mansos dimittimus perpetuo possidendos, et Curiam Waryne, quam habent in spacio eorundem centum sexaginta septem mansorum, Ita quod in villis quas iam edificauerunt et edificabunt ibidem nichil juris obtinebimus, nisi quod eorum villici, qui volgariter iudices nominantur, de nobis uel si presentes non sumus de Aduocato nostro in lubus iurisdictionem recipiant iudicandi et statim, cum villani a nobis uel ab Aduocato requirunt, ipsis iurisdictionem illam sine denariis et sine cuiuslibet exactione muneris concedemus. — — Datum Magdeburg. —, Anno domini millesimo ducentesimo LIII, VIII kal. Marci, Pontificatus nostri anno XVIII^o.

Wohlfbrück I, 177.